peitenciam desideras peccatorum:
fragilitatem conditionis
humane benignissime respi
ce: et hos cineres quos cau
sa proferende humilitatis: at
que emerende venie capiti
bus nostris imponi decerni
mus. Bene ✠ dicere pro
tua pietate dignare: ut qui
nos cineres esse et ob prauita
tis nostre meritum in pulue
rem reuersuros cognoscimus:
peccatorum omnium ueniam et premi
a penitentibus repromissa
misericorditer consequi merea
mur. Per christum dominum nostrum amen

Oremus

Deus qui hu
miliatione flecteris sa
tisfactione placaris: aurem
tue pietatis inclina precibus
nostris: et capitibus famulorum tu
orum horum cinerum aspersione contac
tis effunde propitius gratiam tue
bene ✠ dictionis: ut eos et
spiritu compunctionis repleas: et
que iuste postulauerint effi
caciter tribuas: et concessa
perpetua stabilitate intacta
manere decernas. Per christum
dominum nostrum. R. Amen.

Oremus

Omnipotens sempiterne
deus: qui niniuitis in ci
nere et cilitio penitentibus
indulgentie tue remedia
prestitisti: concede propitius: ut
sic eos imitemur habitu:
quatinus uenie prosequamur obten
tu. Per dominum nostrum ihesum christum
filium tuum qui tecum uiuit et regnat in unitate spiritus sancti deus
per omnia secula seculorum. R. Amen

Expleta benedictione pri
mo imponuntur cineres sacerdoti
celebraturo missam ab alio
sacerdote si adest. Alioquin
ipse sacerdos genibus flectis
coram altari sibi ipse cinere
imponit. Et cantatur statim in cho
ro antiphona

Immutemur habitu in cine
re et cilitio ieiunemus et plore
mus ante dominum quia multum misericors
est dimittere peccata nostra deus noster

Ant. Iuxta uestibulum et al
tare plorabant sacerdotes et le
uite ministri domini dicentes Par
ce domine parce populo tuo et ne dissipes
ora canentium ad te domine. V. Gloria

R. Emendemus nos in melius
que ignoranter peccauimus ne
subito preoccupati diem mortis que
ramus spatium penitentie et